Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ta mea. dabis veritatem ia
cob. misericordiam abraham: que
iurasti patribus nostris a diebus
antiquis. dne deus noster. Gr.
Oremus. Oro. Fiat oro.
Dne sic nos a cupiditatibus
carnalibus abstinere. ut
animis ipsis intentis pitere
iejunemus. P. Zacharie pp.
In diebus illis. Factum est verbum
dni ad me dicens. Hec
dicit dns deus exercituum.
Sicut cogitavi ut affligerem
vos cum ad iracundiam
me provocassent patres vestri et
non misertus sum. sic conversus
sum cogitavi in diebus istis
ut bene faciam vobis et domui
iuda. Nolite timere. hec sunt
verba que facietis. loquimini
veritatem unusquisque cum
proximo suo. Veritatem et iudi
cium pacis iudicate in por
tis vestris. et unusquisque ma
lum contra amici sui ne
cogitetis in cordibus vestris.
et iuramentum mendax ne
diligatis. Omnia enim hec
sunt que odi dicit dns. Et
factum est verbum dni exercituum
ad me dicens. Hec di
cit dns deus exercituum.
Jejunium primi et jejunium
quarti et jejunium septimi et
jejunium decimi erit domui
iuda in gaudium et letitiam
et in solemnitates preclaras.
Veritatem et pacem diligite:
dicit dns exercituum. Oro.

Tu nos dne tribuis sole
ne tibi deferre jejunium.
sit nobis quesumus medicinalis
pena subsidium. P. Lectio Ange
lus dni. Ymn. Benedictus es.
Or. Deus qui tribuisti pueris. Ve
sabbo quinquagesime in adventu
dni. Ad vesperas.
Res. Tabernaculum fecim
e primum in quo erant cande
labra et mensa et propositio
panum quod dicitur sancta. Post
velamentum autem secundum taber
naculum quod dicitur sancta sanctorum.
aureum habens thuribulum
et archam testamenti circum
tectam ex omni parte auro. In
qua erat urna aurea habens
mannam et virga aaron que
fronduerat. et tabule testa
menti. Super quam cheru
bin gloriae obumbrantia pro
piciatorium. De quibus modo
non est dicendum per singula.
hys vero ita compositis:
in priori quidem tabernaculo
semper introibant sacerdo
tes sacrificiorum officia con
sumantes. In secundo au
tem semel in anno introivit
solus pontifex non sine
sanguine quem offerret
pro sua et populi ignorantia.
hoc significante spiritu sancto
nondum patefactam esse sanctorum
viam. adhuc pro
tabernaculo habente statum que
parabola est temporis instan
tis iuxta quam munera et